

rat de artificiis et magisteriis dignitatibus et potestatibus que omnia fortiori obivniuntur in vita ista si in ea tanto tempore permanescit. Unde duobus modis. Primum quia non est certum quia aliquis eam aliquid ex huiusmodi artificiis seu artibus magisteriis aut dignitatibus obtineret etiam si tamdiu in vita ista permanisset et hoc vti quod tunc certum erit quoniam manifestum erit tunc diuinam prudentialiter de humani munib[us] ordinasse. Secundo respondeo quia magisteria et dignitates et artificia distribuit bonitas creatoris ad muneres utilitates hominum quod ex inde apparet quod homines se invicem indigent propter huiusmodi artificia ei officia. Quis enim est qui terrae et artificio texture non indigeat. Si militer fabro et arte et fabricandi. Magistris autem potestatibus iudicibus ad vocatis et bellatoribus quantum res humanae indigeant quis non videat. Per hos ei iusticia et pax et fit et seruatur inter homines per quas potissimum bene est homini bus bene inquit propter naturam. Sicut et contra videlicet bella lites et iniusticia res humanas perturbant atque confundunt ipsamque vitam humanam destruunt propagationem etiam et educationem generis humani multipliciter impediunt sicuti nosti.

Uoniam autem in hoc capitulo aggregata sunt tibi quedam de beneficentia largitatis creatoris quodam de rectitudine iusticie eius. Quedam vero de perfectione et decoro status universalis generis humani videlicet quod voluntatis pulchritudinis eius est in qua evidenter apparet beneficentia largitatis creatoris et rectitudo iusticie eius et perfectiones nature humanae put conuenientes est bonitati et iusticie creatoris. et dictum enim est tibi quod genus humani est in istis dispositionibus put decet magnificentiam et gloriam creatoris et hic est status eius optimus atque pulcherrimus propter sapientie et bonitatis eius conuenientissimus et per hoc clamnit tibi resurrectio mortuorum tam malorum quam bonorum tam parvolorum quam magnorum. Tuum erit de cetero ex his studiose ac diligenter considerare an per hec omnia sufficienter declarata sit tibi renouatio universalis corporis futura in ea parte sua que genus humani vocatur sine universalitas hominum et siquidem acquisita est tibi certudo huiusmodi renouationis per hoc

et destructores contrarii gratie tibi et mibi a genere sunt honorum omnium largitatem. Alioquin saltem vie tibi multe et pretiose sunt et initia tradita per me quibus et per scrutatus investigare et facilis innenire super rebus a consuetudine nostra tam longe distantibus poteris veritatem. Ego vero put distractiones occupationum permiserrunt fuisse possibilitatem meam consideratio tuo curaui satis facere in hac parte et certum est mibi quia exercitatus in rebus diuinis libus atque philosophicis et veritatis salutis amatoribus sufficiunt que audisti. Consequenter igitur presequar alias que restat de questionibus que circa hec sunt. Quarum prima est de reliquo parte universalis corporis rei et ipsa renouatione vel melioratione receptura sit. Scito igitur quia sermones prophetarum hebreorum hoc videntis innueri prophetie vero christianorum expressae hoc testantur. Uidi inquit unus ex propheticis eorum celum nouum et terram nouam primum enim celum et terra abiit. In ipsa lege vero doctrina christiana multa de hoc clara testimonia de ista renouatione poterunt invenire. Quod si quis dicat quod celum et terra incorruptibilia sunt et immutabilia. Respondendum est ei quod nihil habet omnia hec nisi quod acceperunt ex solo beneplacito creatoris nec stant nec permaneunt nisi eo conseruante et retinente. quemadmodum ipse etiam plato testatus est dicens ex persona creatoris loquenter ad eos et dicentes naturam quod dem nos dissolubiles me autem sic nolente indissolubiles. Nulla igitur necessitate nee prophetica est omnipotens voluntas creatoris a renouatione et melioratione celorum et celestium corporum. Jam autem testificati sunt prophetae quia et terris et fluminibus et vegetabilibus atque animalibus et melius et deterius fuit propter homines. Lertum etiam factum est hoc experientia multipliciti quia et celi non dabant pluvias neque rorem aliquando propter maliciam hominum et sicut dixit propheta hebreorum terram fructiferam dedit in saluginem a malitia inhabitantium in ea. Audiuisti etiam famosissimas subuersiones civitatum quoniam et totius regionis illius exterminium et qualiter cum esset ante sicut paradi sus dei facta est postmodum vastitas horribilis. Note et sunt tibi plague egypti antique quibus percussa est a creatore et in fluminibus conversione. Et sans